Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8266
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

sicut scriptum est:

Populus qui sedebat in tenebris uidit lucem magnam: et qui sedebant in regione et umbra mortis: lux orta est eis. Sedebant in tenebris iudei qui suam sibi legem in qua dei iustitia non fuit manifesta: Et si erat ibi iustitia tamen signis et figuris et ceremoniis et misteriis rerum carnalium fuerat coopta: Quale ei est lumen iustitie in circumcisione spiritus tenebrae ei erant maxime lex: que non ad manifestationem iustitiam data fuit: sed ad punitionem duritiam cordis eorum: sicut ait dominus: Propter duritiam cordis uestri moyses uobis mandauit: Et non ad saluandos eos sed ad excecandos: Vt inebriati plenem non cognoscerent lumen quod uidebant uidere: aut in tenebris: id est in peccatis: Lumen magnum: id est christum: Nam ultra lumina fuit inter iudeos Lumen fuit moyses et ihesus: et ceteri iudices et prophete: Et omnis doctor lumen est eorum quos illuminat doceus: sicut spiritus est: Vos estis lux mundi: Ovis agnum aut lumen est christus: In regione aut umbra mortis sedebant gentiles: aut quia iniquitates mortiferas faciebant: aut quia colebant ydola et demones: quae cultura ducebat eos ad mortem eternam: Iudei aut qui sub lege opa faciebant: ideo in tenebris erant: et non in regione et umbra mortis quae non erat quidem iustitia quia faciebant: Tamen faciebant eam: et si quia non tabacat: tamen mors non contingebat: quia si erant mandata: Vmbra aut mortis estimo esse peccatum ydolatrie: sicut ei qui uiuit in agnicione dei et christi: qui tamen agnicio

ipsa sit umbra: tamen donec sit in isto iudo non sit in uera umbra: Quia sic per fidem ambulant et non per speciem: et per speculum in enigmate uident: si facie ad faciem: Sic qui in erroribus ydolorum uiuit: hic ipse error sit mors: Tamen non dum sit in uera morte: Sed in umbra mortis donec in isto seculo uiuit: Qui autem ignorancia dei umbra est mortis testatur apostolus dicens: Et tenebrati sentias uestras a uia mea: et operuit nos umbra mortis: Hinc dubio est opiet est ignorancia dei: cui uia de uia dei fuit declinata: Regio aut mortis uiuidus iste: Siquidem est illa terra terra uiuorum est: de qua dicit: Credo uidere bona domini in terra uiuorum: sic terra regio hec mortis est: Propterea ad plenum deo placere non possumus degere in ea: Quia et si ipsi uiui sumus per opera uiua et fidem christi: tamen quia sumus uiuimus cum diabolis principatus conmanentes sumus: Ideo et paulus dicebat: Quis me liberauit de corpore mortis huius: Corpus hoc: corpus est mortis: quia non uiuibus sed mortiferis uoluptatibus et libitis Et uide quia merito dixit apostolus iudeos quidem uidisse lumen magnum: Gentiles aut ortum: Quoniam apud iudeos erat agnicio filii dei: non aut uidebant eum: quia sedebant in tenebris legis aut peccatorum: Apud gentes aut minima fuit agnicio filii dei: De iudeis quidem ortus: Gentiles aut ortus: Dicit autem capharnaum inter fines iudeorum et gentium posita esse:

Exinde cepit ihesus predicare et dicere penitentiam agite: Appropinquauit enim regnum celorum: